



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

Historiae Ecclesiasticae Pars Secvnda, Qva Continentvr Socratis Scolastici  
Constantinopolitani lib. 7. Theodoriti Cyrensis episcopi lib. 5

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Quòd post Imperatoris Arcadij obitum relicto annorum octo filio eius  
Theodosio, Anthemius Praefectus imperij administrationem suscepit.  
Capvt I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12704**

# SOCRATIS

SCHOLASTICI HIS  
STORIAE ECCLE-  
SIASTICAE,

Liber Septimus.

*Quod post Imperatoris Arcadij obitum relicto  
annorum octo filio eius Theodosio, Anthemius  
Præfectus imperij administrationem suscepit.*

CAPVT I.



ORTVO igitur Imperatore Arcadio, Calend. Maij. Bassio, & Philippo Coss, Honofius eius frater, partium versus occidentem suscepit gubernacula: Theodosius iunior Arcadij filius, octo annos natus, partes ad Orientem sitas rexit, per Anthemium præfectum, qui summā rerum pro eo administrabat. Hic Anthemius nepos erat Philippi, qui Paulum Episcopum, regnante Constantio, expulit ecclesia, Macedonia: in eius locum substituit. Idem Constantinopolim firmis mœnibus circūdedit: vir quidem & visus est, & reuera fuit, hominum id temporis facile prudentissimus, nihilque temere & inconsulto aggreditus est: Sed semper de rebus gerendis & cum plerisque aliis necessariorum communicauit, & cum Troilo Sophista in primis, qui tum sapientia, quæ in ipsius animo insita erat, tum singulari rerum ciuilium prudentia, Anthemio nihilo fuit inferior: ob eamq; causam Anthemius in omnibus ferè negotiis suscipiens illo consiliario vsus est.

*De Attico Constantinopolitano Episcopo, & quibus moribus prædictus erat.*

CAP. II,

Impe-